

tionibus astutabat. Ad quod edendum cūdam fratri, qui ex Hebreis crediderat, me in disciplinam dedi: ut post Quintilliani acumina, & Ciceronis fluvium, gravitatemque Frontonis, & lenitatem Plini, alphabetum discerem; fridentia, anhelantique verba meditarer. Quid ibi laboris sumperim; quid sultinuerim difficultatis; quotiens desperaverim; quotiensque cessaverim, & contentionē discendi rursum incepimus, tētis est conscientia mea &c. Armatus itaque fide, gratiamque Christi adeptus, Hebræorum volumina, quae in canone continentur, de Hebreo in latīnam lingua vertit, eaque pene omnia commentatus est. Ut ergo opera eius valde utiliora confecta breviter commēmemorēmus: scriptis vitā Pauli monachis, epistolārum ad diversos Librū. Ad Heliodorū exhortatoriam. Altercationem Luciferani, & orthodoxi Chronion omnīmō Historię. In Jeremiam & Ezechiel omelias viginti octo, quas de grāco in latīnum vertit. De Seraphin; de Ofanna; de frigi & luxurioſo filio; de tribus questionib⁹ legis veteris; omelias in cantico canticorum duas. Adverbum Helvidium, de Mariæ virginitatem perpetuam. Ad Eustochium de virginitate servanda. Ad Marcellam Epistolārum librum unum. Consolatoria de morte filie ad Paulam. In Epistolā Pauli ad Galatas Commentariorū Libros tres; in Epistolā ad Titum Librum unum; In Epistolā ad Philemonem I librum unum. In Ecclesiasten Commentarios. Questionum Hebraicarum in Genesin Librum unum. De locis Librum unum Hebraicorum nominum Librum unum. De Spiritu Sancto Didi-mi, quem in latīnum transtulit, librum unum. In Lucanū omelias triginta novem. In psalmis a decimo usque ad sextum decimum, tractatus septem. Captivi monachi vitam, & beati Hilarionis. Novum Testamentum Græcæ fidei reddidit. Epistolārum autem ad Paulam & Eustochium incertus est numerus. Sedecim Prophatarum volumina, * quatuor & LX X. Libris editis commentatus est. Inter has itaque numerosas operis sui paginas, centum & triginta virorum illustrium Ecclesiasticos scriptores a Passione Christi usque ad quartum decimum Theodosii Imperatoris annum in ordine dīgessit.

* LXI. tantum numeramus hodie; sed fortè plures in Jeremiam librorum Commentarios antiqui numerarunt, viginti scilicet, vel xix quā tamen sex nobis superfluit in MSS. codicibus.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Erndita prorsus & eloquens epistola, sed quam, ut nihil aliud accedit, vel stylus palam arguat non est Hieronymi. Preterea consentaneum non est. Hieronymum ad eandem virginem iūdēm de rebus bis scripsisse. Divus Augustinus non nihil supicari videtur ab heretico Pelagio conscriptam, quād insint in ea nonnulla, que Pelagianorum dogmata respiciunt: preferunt cūm in Pelagius in epistola quadam testetur sc̄la ad Demetriadem scripsisse. Beda putat esse Juliani hereticī, qui tradidit Pelagianī erroris auctōr. Ceterum error inscriptionis hinc natus est, quād Hieronymus quoque scripsit ad hanc virginem argumento non dissimili. Hac Erasmus.

AD DEMETRIADEM VIRGINEM.

Si summo ingenio parique fretus scientia, officium scribendi facile me implere posse crederem: tamen tam arduum hoc opus ingredi, sine magno difficultatis timore non possum. Scribendum tamen est ad Demetriadem virginem Christi, virginem nobilem, virginem divitem, & quod his maius est, ardore fidei, nobilitatem diuītiasque calcantem. Quam utique pro tam insigni admiratione virtutis: ualidare omnibus facile, ita docere difficile est. Cui enim oratio desit possit, in ejus laude celebranda: qua summo loco nata, in summis opibus delicitissime nutrita: tantis tāque variis hujus vitæ blandis, velut tenacissimis quibusdam irrectis vinculis, subito eruperit: cunctaque simili corporis bona, animi virtute mutaverit. Que florem adhuc ipsum ineuntis exatius quodam fidei gladio, id est, voluntate succiderit? Et crucifigens cum Christo carnem suam vivam, sanctāque hostiam sacraverit Deo, ac nobilissimi sanguinis

a In quibusdam codicibus Juliani habet inscriptionem: in aliis Celestio tribuitur item Pelagiano. Sed ipsius est Pelagii, ut probari potest ex Augustino lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium cap. 22.

b Hac Pelagium in Epistola ad Constantium pro suis agnoscere scribit Augustinus cap. 37. ejusdem libri.

Quem tamen justitiae dominus voluntarium esse voluit, non coactum. Et ideo reliquit eum in manu consiliū sūt. Posuitque ante eum vitam & mortem, bonum & malum: & quod placuerit ei, dabitur illi. Unde etiam in Deuteronomio legimus: Vitam & mortem dedi ante faciem tuam, benedictiōnem & maledictiōnem, elige tibi vitam ut vivas. Hinc jam providendum est, ne forte illud remordeat te, in quo temere imperitum vulgus offendit. Et ideo non vere bonum factum hominē putes, quia is facere malum potest. Nec ipse natura violēntia altingatur ad immutabilē boni necessitatem. Nam si diligenter retractes, & ad subtiliorem intellectum cogas animū: hinc tibi melior status hominis ac superior apparēt, unde putatur inferior. In hoc enim gemini itineris discrimen, in hac utriusque libertate, partis rationabilis animæ decus positum est. Hinc, inquam, totus natura nostra honor consitit: hinc dignitas, hinc denique optimi quique laudem merentur, hinc præmīum. Nec esset omnino virtus illa in bone perseverantia: si is ad malum transire non potuisset. Volens namque Deus rationabilem creaturam voluntarii boni munere, & liberi arbitrii potestate donare: utriusque partis possibiliter homini inferendo, proprium ejus fecit esse quod velit: ut boni ac mali capax naturaliter utrumque potest: & ad alterutrum voluntate deflecteret. Neque enim aliter spontaneum habere poterat bonum: nisi aque etiam malum habere potuisset. Utrumque nos posse voluit optimus creator, sed unum facere, bonus scilicet, quod & imperativus: malique facultatem ad hoc tantum dedit, ut voluntatem ejus ex nostra voluntate faceremus. Quod cūlū sit, hoc quoque ipsū quād etiam mala facere possumus, bonum est. Bonum inquam, quia boni partem meliorem facit. Facit enim ipsam voluntariam sui iuris: non necessitatem devincentam, sed iudicio liberam. Licet quippe nobis eligere, refutare, probare, respicere. Nec est quād magis rationabilis creatura careris præferatur, nisi quod cūlū omnia alia conditionis tantum ac necessitatē bonum habeant, hæc sola habeat etiam voluntatem. Sed plerique impie, non minus quam imperit, cūlū super statu hominis queritur, viceror dicere, quafi reprehendentes opus Domini: talē illum aiunt debuisse fieri, qui omnino facere non posset malum. Dicit itaque figuramentū ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? Et improbissimi hominū, dum dissimilant idipsum bene administrare quod facti sunt: aliter se factos suffile malunt, ut qui vitam suam emendare nolunt, videantur emendare velle naturam. Cujus bonum ita generaliter cunctis institutum est, ut in gentilib⁹ quoque hominibus, qui sine illo cultū Dei sunt, se non inquam ostendat ac proferat. Quād multos enim philosophorum & audivimus & legimus, & ipsi vidimus caſtos, patientes, modestos, liberales, abstinentes, benignos, & honores mundi simili, & delicias respicientes, & amatores iustitiae non minus quam scientie! Unde quoq; hominibus alienis à Deo ista, que Deo placent? Unde autem illis bona nisi de natura bono? Et cūlū ista quā dixi, vel omnia in uno, vel singula in singulis habeti videamus, cūlū omnium natura una sit, exemplo suo invenimus sibi ostendunt, omnia in omnibus esse posse, quæ vel omnia in omnibus, vel singula in singulis inveniantur. Quod si etiam sine Deo homines ostendunt, quales à Deo facti sunt: vide quid Christiani facere possunt, quorum in melius per Christum natura & vita instructa est: & qui divina quoque gratia juvantur auxilio. Age jam ad anima nostrā secreta veniamus. Scriptum unusquisque attentius respiciat. Interrogemus quid de hoc sentient propria cogitationes. Ferat sentientem de natura bono ipsa conscientia bona: infirmatur domestico magisterio animi: & mentis bona non aliunde magis quaque, quam a ipsa mente discamus. Quid illud obsecro est, quid ad omne peccatum aut erubescimus, aut timemus: & culpam facti, nunc rubore vultus, nunc pallore monstramus: ac trepidante animo, etiam in minimis delictis testem effugimus, conscientia remordemur: & diverso autem in omni bono leti, constantes, intrepidi sumus: idque si occultum est, palam etiam fieri cupimus & volumus: nisi quād testimonio sibi est ipsa natura, que hoc ipso declarat bonum suum, quo ei malum displicet: & dum in bono tantum operē confidit: quid solū eam deceat ostendit? Hinc est illud quād frequenter carnifice occulto, in autorem sceleris,

a Augustinus cap. 38. de gratia Christi contra Pelagium hæc citat ex Epistola ejusdem Pelagi ad Demetriadem.

muleris amore non vincitur. Castum animum, nec atas adolescentiae permoveat, nec diligentis autoritas. Contempta frequenter domina, propiores adolescenti infidus tendit. In secreto ac sine testibus, manu impudens apprehendit: ac procacioribus verbis hortatur ad crimen. Ne hic quidem vincitur, sed ut verba verbis, ita res rebus refert. Nam qui frequenter rogatus negaverat: nunc comprehensus aufugit, & antequam illud evangelicum diceretur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mechatus est eam in corde suo: ille non aspergat solum, sed ipso penè complexu provocatus a feminina, feminam non concupivit. Castitatis virtutem hucus mirata es: nunc respice benignitatem. Prius quam Propheta diceret: Unusquisque malitiam proximi sui non reminicatur in corde suo: ille pro odio reddidit charitatem: & cùm videret fratres suos, imò inimicos ex fratribus, cùmque ab eis cognoscet vellet, dilectionis affectum pro dolore testitus est. Deosculabatur singulos, & irriguis fletibus, paventium colla perfundens, odiun fratum, charitatis lachrymis abluebat: quos tam vivo patre quam mortuo, germano semper dilexit amore. Nec recordatus est illum, in quo ob necem fuit dejectus, lacum. Non cogitavit addicātā germanitatem precio, sed pro malis bonum retribuens, apostolicum preceptum sub nature adhuc legere complevit. Quid de beato Job dicam, famosissimo illi athleta Dei: qui post direptas opes, & funditus deleta patrimonia: post filiorum ac filiarum unum subiit interitum, ad ultimum proprio contra diabolum corpore dimicavit: Auferebant omnia que extrinsecus possidebat, & extranea bona repente decidebant, ut magis propria clarent. Omniibus prorsus velut indumentis exsultat, ut expeditius ac fortius iudicetur, & hostem quem ferendo damañat superaverat, rursus tolerando supplicia devinct. De quo tale ipius Domini testimonium est: Nunquid considerasti puerum meum Job: Non est enim filialis eti quifquam in terris: homo sine querela, verus Dei cultor, abstinentis se ab omni malo. Nec immerito. Semper enim, ut ipse ait, tanquam tumentes super se fluetus, timebat Dominum, & praelentia ejus pondus ferre non poterat: nec audebat aliquando contemnere, quem semper adesse credebat; dicebatque: Securus sum, non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Qui antequam Dominus inimicos præcepit esse diligendos, dicere poterat: Si in malis inimici mei gavibus sum: si dixi in corde meo, bene factum est. Necdum evangelicum illud sonuerat: Omni perenti te tribue, & jam ille dicebat: Si exire pafus sum inopem januam meam finu vacuo. Nondum legerat illud Apostoli: Domini, quod jumentum est & æquum servis præstat: & confidens clamabat ad Dominum: Si seruo nocui, si ancillam laxi, omnia tu scis domine. Prius quam idem Apostolus præcepiteret divitibus non sublimi sapere, neque sperare in incerto divitiarum: sic habuit illi divitias, ut se alibi divitem effe monstraret. In divitiis, inquit, non confidebam, nec in lapide preciosio. Et hoc non verbis tantum: sed ipius quoque rubris probavit: qui cùm omnia perderet, non dolebat, dicebatque per singula: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula. Nudus exivi de utero matris meæ, nudus redeam illuc. Quo enim affectu posseamus aliquid, docemus cùm id amittimus: & cupiditatem fruendi, carendi dolor prodit, quem qui in carente non habuit, in possidente quoniam modo habuit? O virum ante Evangelium evangelicum, & apostolicum ante apostolica præcepta: discipulum apostolorum: qui aperiens oculatas divitias nature, & in medium proferens, ex se quid omnes possimus ostendit: docuitque quantus si ille thesaurus anima, quem nos sine ufo possidemus: & quod proferre nolumus, nec habere nos credimus. Post multa qua de natura diximus: etiam sanctorum exemplis bonum ejus ostendimus ac probavimus. Et ne è contrario ad ejus culpam pertinere putetur, quod aliqui iniqui fuerint, scripturam utar testimonis, qua peccantes ubique criminis voluntatis gravant: non excusat necessitate nature. In Genesi legimus: Simeon & Levi fratres consummaverunt iniuriam suam, ex voluntate sua. Ad Jerusalēm Dominus locutus est: Propter quod ipsi dimisérunt viam meam quam dedi ante faciem eorum: & non exaudierunt vocem meam, sed abierunt post voluntatem cordis sui mali. Ita rursus idem Propheta: Et peccatis Deo; & non exauditis vocem ejus, & in mandatis illius, & in legiūnis, &

in testimonio ejus ambulare noluisti. Per Iaiam quoque Prophetam Dominus locutus est: Si volueritis & audieritis me, quæ sunt bona terra manducabitis. Si autem nolueritis, neque audieritis me: gladius vos consumet. Et rursus: Omnes vos occisōne decidetis: quia vocavi vos, & non exaudistis: locutus sum, & neglexisti: & fecisti malum ante conspectum meum, & quia nolebam, elegisti. Ipse quoque Dominus in Evangelio ait: Jerusalēm Jerusalēm, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te misserunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suis sub aliis suis, & noluisti? Ubi velle videamus & nos, eligere & refutare, ibi non vis natura, sed libertas intelligitur voluntatis. Plena sunt utriusque testamenti volumina hujuscemodi testimonis: quibus tam bonum omne quam malum, voluntarium semper esse scribitur, nos non modo brevitas causa omittimus: maximè cùm sciamus te sacra lectioni deditam, de ipso uberiori fonte potare. Neque vero nos ita defendimus natura bonum, ut eam dicamus malum non posse facere, quam utique boni ac mali capacem etiam profitemur, sed ab hac eam tantummodo injurya vindicamus, ne ejus uito ad malum videamur impelli, qui nec bona sine voluntate facias, nec malum: & quibus liberum est utrum semper ex duobus agere, cùm semper utrumque possimus. Unde enim alii iudicariuntur sum, alii iudicandi: nisi quid in eadem natura dispar voluntas est: & quia cùm omnes idem possimus, diversa faciamus: Itaque ut hoc ipsum clarissimum possit, aliqua exempla sunt proferenda. Adam de paradiſo ejicitur, Enoch de mundo rapitur. In utroque Dominus libertatem arbitrii ostendit. Ut enim placere potuit ille qui deliquerit: ita potuit peccare iste qui placuit. Non enim a iusto Deo aut ille puniri meruerit, aut hic eligi: nisi uterque utrumque potuerit. Hoc de Cain & Abel fratribus, hoc etiam de Jacob & Esau geminis intelligentium est. Ac secundum solam voluntatis causam esse, cùm in eadem natura merita diversa sint. Extinctum peccatis suis diluvio mundum, Noë justus redarguit, & Sodomorum crimina. Lot sanctitas judicavit. Nec illud est parvum argumentum ad comprobandum natura bonum, quid illi primi homines per tot annorum spatia, absque ulla admonitione legis fuerunt: non utique quid Deo aliquando creatura sua cura non fuerit: sed quia se talem sciebat hominum fecisse naturam, ut eis pro lege ad exercendam justitiam sufficeret. Denique quam diu recentioris adhuc natura usus viguit: nec humana ratione velut quandam caliginem, longus usus peccandi obduxit, sine lege dimissa est natura, ad quam Dominus nimis jam vitius obrutam, & quadam ignorante rubigine infectam, limam legis admovit, ut hujus frequenti admonitione expoliteret, & ad suum posset redire fulgorem. Neque vero alia nobis causa difficultatem beati faciendi facit, quam longa confutatio virtutum, quæ nos inficit à parvo: paulatimque per multis corruptit annos, & ita poeta obligatos sibi & adictos tener, ut vix quodammodo videatur habere natura. Omne illud tempus quo negligenter edocti, id est, ad via eruditum sumus: quo mali eriam esse studiuimus, cùm ad incitamenta nequitæ, innocentia pro stultitia duceretur: nunc nobis resistit, contraria nos venit: & novam voluntatem impugnat ulla virtus: & miramur cur nobis per otium atque desidias nescientibus, etiam quasi ab alio sanctitas conferatur: qui nullam confitudinem boni facimus, cùm malum tandem didicerimus? Hæc de nature bono cursim, quasi in alio opere dicta sint: quod ideo à nobis faciendum fuit, ut tibi planiorem viam ad perfectam justitiam sternemus, quam cùm facilis currere possit, quod in ea nihil asperum, nihil inaccessible esse cognoveris. Nam si etiam ante legem, ut diximus, & multo ante Domini nostri salvatoris adventum justè quidam vixisse & sancte referantur: quanto magis post illustrationem adventus ejus, nos id posse credendum est, qui instruci per Christi gratiam, & in meliore hominem renati sumus: qui sanguine ejus expiati atque mundati, utrumque exemplo ad perfectam justitiam innotati, meliores illis esse debemus, qui ante legem fuerunt: meliores etiam quam fuerunt sub lege, dicente Apostolo: Peccatum in vobis iam non dominabitur. Non enim efficiuntur voluntatis gravant: non excusat necessitate nature. In Genesi legimus: Simeon & Levi fratres consummaverunt iniuriam suam, ex voluntate sua. Ad Jerusalēm Dominus locutus est: Propter quod ipsi dimisérunt viam meam quam dedi ante faciem eorum: & non exaudierunt vocem meam, sed abierunt post voluntatem cordis sui mali. Ita rursus idem Propheta: Et peccatis Deo; & non exauditis vocem ejus, & in mandatis illius, & in legiūnis, &

num morum sanctitate testetur. Prima igitur virginis cura, primumque studium sit, facre voluntatem Domini sui, & quid ei placeat, quidve displiceat diligenter inquirere, ut secundum Apostolum rationabile Deo reddat obsequium: totumque vita sue cursum ex ejus possit ordinare sententia. Impossibile est enim ei quemquam placere, cui quid placat ignorat: fierique potest, ut etiam obsequi voto offendat, cui quomodo obsequi debeat, autem non didicit. Et ut maius est, voluntatem Domini facere quam nosse: ita prius est noli, quam facere. Illud enim merito praecedit: hoc ordine. Unde Propheta dicit: Et ut Israël noli ignorare. Et Beatus Paulus: Qui autem ignorat, ignorabitur. Idemque alibi: Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini. Initium obedientie est quid præcipiat vel cognoscere: & pars est obsequi didicisse quid facias. Scito itaque in scripturis divinis, per quas solas potes plenam Dei intelligere voluntatem, prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, nonnulla suaderi. Prohibentur mala, præcipiuntur bona: conceduntur media, perfœcta suadentur. In duobus illis quæ prior loco sunt, peccatum omne concluditur: in utroque enim Dei continetur imperium. Et non solum præcipere, sed & prohibere ipsum, jubentis est. Generaliter namque omnibus mandat justitia: quam Salvator in Evangelio breviter quidem, sed plenissime comprehendens, ait: Quæcumque vultus ut facient vobis homines, hac & vos facite illis: hoc est, ut nihil mali inferamus alii, sed præstemos omne quod bonum est: quia volumus hoc ab aliis in nos utrumque servari. Hæc sententia aquo jure præcepti universos tenet. Nec ulli omnino transgreedi licet, quod omnibus imperatum est: apertumque contemptus Dei est, vel facere prohibita, vel iusta non facere. Duo vero reliqua que sequuntur: quorum unum conceditur, & suadentur aliud, in nostra potestate dimisla sunt: ut aut cum minori gloria concessis utamur, aut ob majus præmium etiam ea quæ nobis permisla sunt, respuamus. Conceduntur quidem nuptiae, carnum usus & vini: sed horum omnium abstinentia, consilio perfectiore suadetur. Ad virginitatem honorem pertinet licentia nuptiarum: & escarum indulgentia, virtutem abstinentie clariorem facit. Contempstisti virgo conjugium licitum, & cum Paulo potes dicens: Mili mundus crucifixus est, & ego mundo. Cujus tale principium est, qualis debet esse perfectio? Hanc mihi tu virtutem: hunc animum etiam in reliquis affet: edque vi mentis qua viriorum occasiones depulisti, via nunc ipsa respue. Ornetur morum sanctitate virginis, & perfectum gradum vita perfectio subfœatur. Certe si secularis vita tibi placuissest: dares operam, ne quis te divitis, ne quis corporalibus ornamenti, ne quis rerum omnium pompa & honore præcederet: nunc quoniam diversum studium diversam vitam desiderat, cura ne quis te bene vivendo transeat: ne quis morum sanctitate supereret: ne quis tibi in virtutibus præferatur. Et in illis quæ ante diximus, non erat tuum, ut aut tu omnes vinceres, aut ne mo te. Cuncta enim illa foris petuntur: & quidquid aliunde speratur, alienum est. Hæc vero in tua potestate sunt, & verè propria, quæ non extrinsecus venuunt, sed in ipso corde generantur. Illa enim nec omnis qui querit invenerit, nec qui invenerit semper tenet: quia ut ea commodare, ita & eripere casus potest. Hæc autem & omnis qui querit invenerit: & qui invenerit, cripsi sibi nunquam timet. Ita enim sola bona sunt: quae sine voluntate, nec inventimus aliquando, nec perdimus. ^a Habet ergo & hic per quæ merito præponaris aliis, imò hic magis. Nam corporalis nobilitas atque opulentia, tuorum intelligentium est, non tua. Spirituales vero divitias nullus tibi, præter te, conferre poterit. In his ergo jure laudanda es: in his merito ceteris præfenda es: quia nisi ex te, & in te esse non possunt. An sola ista vita est, que certamen non habeat de profectu, & in qua uniusque hos tantum debet permanere quod caput, nec ullo augmenti desiderio ad majora contendat? Et cùm in omnibus mundi studiis, profectu non satientur homines: hic tantum cepisse sufficit: Ferventissimi in terrenis, frigidissimi in celestibus sumus. Et summan in rebus parvis exhibentes alacritatem, ad majora torpescimus. Considerare pudet quans sit fervor in sæculo, qua cura singula: quæ studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur. Literarum ardor, nulla prorsus aetate extinguitur, imò (ut secularis autoris utar sententia) ipsa magis aetate inflamma-

^a Hæc refutat Augustinus Epistola sequenti circa medium.